



7338.

60.

1720. 29.

23

A V S P I C I I S
S V M M I N V M I N I S
E T C O N S E N S V
I N C L I T I S A P I E N T V M O R D I N I S
N V M I N A
J V R E C O N S V L T I S
O L I M S A C R A
E
V E T E R I G E N T I V M M E M O R I A
E D I S S E R E T
P R A E S I D E
M. C H R I S T I A N O G O T T H O L D
W I L I S C H
C O N C I O N . V E S P E R T . A D D . P A V L I
A. E T R
I V S T V S I S R A E L B E Y E R V S
F R E I B E R G E N S I S

L I P S I A E A. D. X I I I . C A L. F E B R. A. R. S c I s I 3 c c X X

I M P R E S S I T I M M A N. T I T I V S

1896.

Anno M. XIX.

AASPICTUS
SUMMI NUMINIS
ET CONSILIVI
INCITI SVBINTVIT ORDINES
NUMINA
VAR ECO NSAL TIS
OLIM SAGRA
ALTERI GENITIV M F M O R A
D I S S E R T
T E R M I N A T
M C H R I S T I A N O G O T T H O I D
A H I S C H
C O N C I O N A L I S P E R T A D U L A V I
N U T S
I A S T A S I S R A E L R E Y E R A S
T E R M I N A T
W I S S E R A D A W C I C I E R A S A C T O R A S
W I T H E S S I T I M M A N T I D I A S

PROLOGVS



Etitum est dissertationis huius argumentum ex Gentium Theologia, quam variis obscuratam fabularum tenebris illustrare haud pauci adhuc sategere. Vindicanda enim est et reddenda prisca temporibus sua dignitas et suum decus, inquirendumue studiose, quid veri sanque corticibus hisce inuolutum deliruerit? Neque vero flatuendum est, homines olim ad vnum omnes mentis fuisse expertes, vt omnia eo, quo a mythologis, poetis, ceterisque priscae gentium religionis scriptoribus proposita sunt, modo vera iudicauerint. Egregie prosector falluntur boni isti viri, quotquot ita sentiunt, animumque sic inducunt suum. Nulla enim vñquām aetas cordatorum hominum tam sterilis fuit, quin nonnullos, vel paucissimos, habuerit, qui vltra plebem in eiusmodi abstrusioribus Theologiae partibus senserint. Ego quidem inuolucra illa, quibus doctrina de legibus, iustitia, ceterisque hic pertinentibus argumentis obducta est, regendi feci periculum, et in id incubui sedulus, vt genuinum fabularum sensum cauſisque figmentorum indagarem. Quae res si bene mihi cesserit, crede quaeſo, Deorum originem et familias, quas ASCRAEVſ Vates græcis suis carminibus laudauit, eo in negotio haud exiguo mihi vñui fuisse. Cetera narrationum de Diis mo-

IV DISSERTATIO PHILOLOGICA

menta, quae alio pertinere videbantur, non adduxi, neque curiosius iam inquisui, ratus, fore, vt, si quid recte fecisse rerum harum consultis viderer, reliqua alio tempore aliquo loco exsequerer aut continuarem.

INCIPIT DISSERTATIO

I

L Egibus opus erat, quam primum hominum antiquissimi coiuerant in societatem. Quae cum procul dubio fuerit illorum, qui agris colendis operam nauarent suam, mirum non est, quod CEREREM primas leges tulisse finxerint. CERES enim, cum homines, qui glandibus adhuc vesci debuerant, agri colendi artem edocuissest, necesse iudicabat, homines legibus adstringere, illis agrorum portiones quasdam tradere, easdemque ad conferendum herciscere, vnde iura nata sunt, vti causam

*L. IV. Aeneid. hanc adducit MARONIS Enarrator, SERVIVS, ad verba:
v. 57. 58. maefant letcas de more bidentes*

Legiferae Cereri,

Metamorph. Lib. V. Fab. 6. Vtrunque coniunxit OVIDIVS in quinto de mutatis rerum formis:

*v. 1. 2. 3. Prima Ceres vno glebam dimouit arato,
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris,
Prima dedit Leges. Cereris sunt omnia munus.*

II

Habuere haec Romani ex vetustissimis Graecorum scriptoribus, quibus CERES Δημήτη, vti ORPHEVS in Theogonia ait:

Kαὶ τέτε δῆ Εὐάρτην Δημήτης εὐπατίγενος,

et

DISSERTATIO PHILOLOGICA

V.

et Δημήτηρ audit, quasi Δημός μάρτυς (vt IUPITER, quasi IOVIS Pater, MARSPITER, quasi Pater MARS: vel ὁμοίας μῆτρας populorum mater, vel etiam leuissima primae litterae immutatione, γῆ μάρτυς, id quod Dorum more factum non male obseruat IOANNES TZETZES, HESIODI interpres, nisi forte eadem suam ipsius ex binis vocabulis, γῆ et μάρτυς habeat originem, quod DIODORVS SICVS LVS verbis ORPHEI confirmare mihi videtur,

Schaeuui My-
tbl. p. 94.

Lib. I. Bibl.
Histor.

Γῆ μάρτυς πάντων, Δημήτηρ πλευρότερη.

Inter reliqua vero Deae huius nomina frequentissime quoque occurrit illud, quo legum origo ei vindicatur, vt videlicet dicatur Θεομοφόρος. Ita praeter HERODOTVM, ORPHEVM, ARISTOPHANEM, PLATONEM, PAVSANIAM *Geographum*, aliosque quam plurimos veterum sententiam enarrat DIODORVS SICVS. *Bibliothec.*
Histor. L. I. dum in primas rerum omnium origines e maiorum sententia inquirit, ISIDEM, quam ἔγγιστη πόλις Δημητρίου ἐνει paulo ante commemorauerat, Θεομόφορος δὲ Φεστος, inquit, καὶ νόμος, καὶ ἐς αἱλάντου διδόνει τὰς ἀνθεώπες τὸ δίκαιον, καὶ τὴς αὐθέντου βίαιας καὶ ὑβρεως παύσασθαι διὰ τὸ ἀπὸ τῆς τιμωρίας φέβον. διὸ καὶ τὰς παῖδας Ἑλληνας τὴν Δημητρίου Θεομοφόρου ὀνομάζειν, ὡς τῶν νόμων πρώτον ὑφ αὐτῆς τε- θερμέναν. Consentit PLVTARCHVS τὶ καταψήφισθαι περὶ σημερι- τῆς γῆς ὡς τρέφειν μὴ διαφένειν, τὶ τὴν Θεομοφόρου ἀσεβεῖτε Δῆ- γιας *Liber I.* μητραν;

III

In tanti igitur huius beneficia a CERERE in mortales collati memoriam a primis statim saeculis Festum est institutum, quod Θεομοφόρον nomine Graecis cluet, ad-

A 3 modum-

VI DISSERTATIO PHILOLOGICA

modumque prolixe a graecorum Festorum scriptoribus,
JO. MEVRSIO in *Graecia feriata*, PETRO CASTEL-
LANO in suo *de Graecorum Festis syntagma*, IO. ION-
STONO de *Graecorum Festis*, IO. POTTERO in *Archaeo-
logia graeca* aliisque expostum legitur, paucissimisque
igitur in praesens modo commemorandum. Equidem
ob praeclara et excellentia merita, quibus se CERERI de-
uinctos credebant superstitioni, multa eiusdem Numini
olim statuta fuerant festa, Αἴσια, Δημήτρια, Ερινία, Δάμηεια,
Ἐπάχθη, Ἐπιλέιδα, Ἐπικοίρα, Ευρεθάνων, Λέρωνα, Μίσσα,
Προπέσσα, Πύλαια, Χθόνια, Χλέεια, Ελευθία, Θαλάτια, Ἐπι-
νέργης, quorum omnium tamen solennitatem superabat
summa ea festiuitas, qua legum a CERERE latarum me-
moria renouabatur. Forsan huius festi iamiam ve-
tustissima XII Tabularum fragmenta mentionem habue-
runt, dum legum istarum conditores sumimam religio-
nem et singularem pietatis rationem prae ceteris huic
festiuitati indulserunt: NOCTVRNA MVLIERVM
SACRIFICIA NE SVNTO PRAETER OLLA
QVAE PRO POPVLO RITE FIENT NEVE INI-
TIANTO NISI VT ASSOLET CERERI GRAECO
SACRO

IV

Litigant inter se scriptores, quis Θεομοφόρα haec
primus instituerit? ad *Danai* filias eadem refert, easque
ex Aegypto ad *Pelasgicas* foeminas illa attulisse; postea
vero *Peloponneso* vniuersa a *Doribus* deleta, intercidisse,
atque apud *Arcadas* solos, quibus hostes pepercabant,

Euterpe c. 171, remansisse auctor est HERODOTVS: ORPHEO vindicant

DISSERTATIO PHIOLNGICA

VII

cant hanc gloriam DEMOSTHENES, DIODORVS
SICVLVS, ac PLVTARCHVS, et ex hisce THEO-
DORETVS; alii TRIPTOLEMVM, Atheniensium re- ^{Therapeust.}
gem eorundem auctorem prohibent. Ita sentit praeter ^{L. I.}
alios LVTATIVS: *Postquam domum redit Triptolemus, ad Thebaid.*
Cepheus rex clege rectius: Celeus rex. Nam *Celeus Athene-* ^{L. II.}
nienium rex fuit, non Cepheus eum tanquam aemulus, in-
terficere conatus est. Sed re cognita, iussu Cereris Tripto-
lemo regnum tradidit, ibi, qui oppidum constituit (rectius
condidit) quod ex patris sui nomine Eleusinum appellauit,
CERERI sacra primus instituit, quae Thesmophoria appel-
lantur

V

Celebrari autem solebant festiui hi dies a solis se-
mellis, imo virginibus, quae in memoriam acceptarum a
Dea legum, libros quosdam legales capiti impositos cir-
cumferebant. Luculenter satis illud enarrat THEO- ^{ad Eidyll. IV.}

CRITI Explanator: Νόμος ἦν Ἀθηναῖοις, κατ' ἔτος τελέν ^{v. 25. p. m. 82.}
τὰ Θεατρόφορις, καὶ παρθένοι γυναικεῖς καὶ τὴν βίον σεμναῖ, κατὰ
τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς τὰς νομίμας βίβλες καὶ ιερᾶς, ὑπὲρ τῶν
πορφύρῶν αὐτῶν ἀντίθεσαν, καὶ ὀστεοὶ λιτανεύσονται ἐπήρχονται εἰς
Ἐλευσῖνα. Legebantur ad haec celebranda, quæ praef-
sent, in singulis populis seminæ binae honestis in-
genuisque parentibus natae, siebatque ea electio per
mulieres. Istae vero habebant sacerdotem suum, ^{τεφα-}
^{ροφόγον} diētum, quod videlicet corona cinctus obiret sa-
cra, quem mistæ constituebant, ut ex veteri inscriptio-
ne pater, quam exhibet e Graecia Venetias translatus
lapis

*Nupt. Camone
22. opidum
Amphybolium coa.
Sibylla Eburum
Grecorum. Cisterculam
constituta*

H. ΣΤ-

VIII DISSERTATIO PHILOLOGICA

Grueterus p.
Η. ΣΤΝΟΔΟΣ. ΤΩΝ. ΜΤΣΤΩΝ. ΤΗΣ. ΜΕΓΑΛΗΣ
MXCVII. n.3.
ΘΕΑΣ. ΠΡΟΠΟΛΕΩΣ
ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΝ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ
ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ
ΤΟΥ. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ. ΜΑΤΡΕΑΝ
ΣΗΜΑΡΤΥΡΑΝ.....,..... ΤΟΝ. ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ

VI

Accessus ad haec sacra nulli viro patebat, id quod
ARISTOPHANES confirmat in Θεσμοφορίᾳ θεάς, ubi
mulierculae hunc in modum canunt:

v. 1160.

‘Ηκετ’ εὐφρόνες ἄλσος
Πότνιας ἄλσος ἐς νύμφετον
‘Ου δή ἀνδρασσον β’
Θεμιτὸν εἴσορεν
‘Οργυια σεμνοῖς Θεᾶς.

et alio loco:

οὐδὲ δὲ αἰπεῖνι μας
‘Ινε μὴ πακέσης ἀν τῶνη

Etiam seruae ab hisce sacris arcebantur, quam ob rem
apud ARISTOPHANEM hera ancillam submouet:

v. 300. 301.

οὐδὲ δὲ αἰπεῖνι ὡ Θεᾶτι, ἐκ ποδῶν

Δέλοις γὰρ εὖ βέβαιος ἀκέει τῶν λόγων

Eae vero omnes, quibus ad religionem hanc accedere integrum erat, variis modis se praeparabant, ieunio, abstinentia a consuetudine cum maribus, et quo felicius hoc exsequerentur, naturam arte coercebant. Ea igitur de causa Cneorum substernebant sibi in lecto. HESYCHIVS: Κνέων φύλον τὸ τοῖς Θεσμοφόροις ὑποβέννυτο. Nec minus viticem, vti PLINIVS, AELIANVS, DIOSCORIDES,

DISSERTATIO PHILOLOGICA

IX

RIDES, NICANDRI *Scholia* ad *Theriaca*, EVSTA-
 THIVS, totum quidem fruticem, vti GALENVS περὶ *Histor. Natur.*
L. XXIV. c. 9.
 $\tauῆς τὸν ἀπλῶν Φαρμάκων διάτηψεων$ testatur. Eum quoque in
 finem conyza vtebantur atque alliis, & quae sunt reliqua. *Hist. Anim. L.*
IX. C. 26.
 Ceterum admodum incertum est, quorū dies cultui huic
 fuerint dicati, quorum OVIDIVS nouem, HESYCHIVS *L. I. C. 135.*
Commentar.
in Odys. I.
 quatuor, LAERTIVS tres numerarunt, quos tamen fin- *L. V. C. περὶ*
ἀγρίου.
 gulos precibus, cantu et caerimoniis, medium vero in-
 tegrum ieiunio, transigebant, vt de iambis, elegisque
 tunc recitari solitis et de captiuos dimittendi ritu nihil
 amplius commemoremus

VII

Et merito, vti ego quidem opinor, tanto splendo-
 re tantaue dignitate legum olim sanctarum recordatio
 a mortalibus instituta fuit et celebrata, modo si super-
 stitio absuerit, neque honor, qui praepotentissimo o-
 mnium, quaecunque sunt, architecto et creatori debe-
 tur, in rem creatam fuerit collatus. Ita videlicet ego
 sentio, animumque induco meum, sub CERERE nihil
 aliud delitescere, nisi naturam, quam olim, interprete
 TVLLIO, matrem, parentem communem, rerumque
 omnium opificem falso credidere gentes, quae res, nisi a
 summis praestantissimisque viris luculenter confecta es-
 set, facili negotio Graecorum Romanorumque testimoniis
 stabiliri possit, et confirmari, quae omnia congesit et
 prolixe excussit GERARDUS IOANNIS VOSSIVS in
 suis *de Origine et Progressu Idolatriæ* commentariis.
 Humanum enim genus existimabant aeternum, vel po-
 tius homines αἰνόθορας et cernentes, ad agrum rite co-

B

lendum

III

Y

DISSERTATIO PHILOLOGICA

lendum arte opus esse, statuebant, primam horum
aetatem glandibus fuisse vsam, donec postea artem istam
edocti fuerint mortales: Cum vero tunc necessum fuerit,
ut suum cuique tribueretur, id est ut singuli ea, quae
habebant, tuti possiderent, legibus opus erat, quibus iura,
quae singulis ex agrorum diuisione competitabant, de-
fenderentur et munirentur. Egregia sunt, nisi fallor,
quae hanc in sententiam in ultimis himni, quem in ho-
norem huius Deae cecinit CALLIMACHVS, verbis
legimus:

Φέρε δ' ἀγύροδι, νόσημα πάντα,
Φέρετε βίσας, Φέρετε μᾶλα, Φέρε τάχιν, οὐσε θερισμὸν,
Φέρετε καὶ εὔσογαν, ἢ ὃς ἀρρέν, κανόνις ὄμαστη
Ταῦτη μὲν τοῦλλας τε μεγα κρειπτα Θεάν.

Circa quae CALIMACHI verba NICODEMVS
FRISCHLINVS, vates illae infelicissimus, annotauit, quod
ORPHEVS in CERERIS thymiamate eundem in modum
precatus fuerit:

Ελθὲ μάκαρε, ἀγνὴ, κάρποις Βεβίθεστα Θερέτοις,
Ειρήνην καταγγέστα καὶ ἐνυμίνη ἐφατενήν
Καὶ πλεύτον πολύσιλβον, ὅμη δὲ ὑγιέσταν ἄναισσαν

Igitur IOVIS, Deorum hominumque Patris, filiam eandem fingeabant, quod ille videlicet naturae, quam in CERERE παρθοφέω, ἀγλασόπτω, Δήμητρι, μεγαλοπέδων. sivebant, Parenis simulque legum omnium, quae naturae seruandae stabiliendaeque inservire poterant, conditor auctorque esset. Eandem ob rationem filiam eius THEMIDEM fabulari sunt, id quod ex ipsis, quae nunc dicens sunt, copiosius elucescat

THEMIS scilicet, CAELI TELLVRIS QVE
filia, IOVIS secunda conjux fuit, quam, cum IOVIS nu-
ptias fugeret, apud *Ichnas Macedoniae* deprehensam, du-
ctamque eidem IOVI primum peperisse tres filias, qua-
rum nomina sunt EVNOMIA, DICE, et IRENE, mythi-
cae Graecorum theologiae scriptores tradiderunt. Cu-
ius rei testem omni exceptione maiorem habemus HE-
SIODVM:

Δέντερον ἡγάρυθο λιπασην Θεμίν, ἢ τέκεν ὄρας,
Ευορμήν τε, Δηκην τε, καὶ Εργήν τε τεθαλύαν
Ἄντ' ἔργ' αἰξίσοι καταθηντόσι βροτοῖσι.

Theogon.
v. 90.

Equidem IOVEM THEMIS DÖS aum eundemque
ipsius maritum esse, ineptum videbitur multis, verum
illis forte, qui turbata esse omnia, confusa et incerta in-
hisce de Deorum ortu et natalibus ludicris fabellis ne-
sciunt. Sibi enim ipsis parum constant rerum harum
conditores, quippe qui summa imis saepiuscule com-
miscent, et vnam eandemque rem multis modis enar-
rant. Id quod de legum origine prae cacteris omnibus
intelligi debet, quae pro temporum locorumue muta-
tione ac legislatorum liberrate, qui res publicas nun-
quam sine religionis aliquo fundamento instituerunt,
frequenter variatae, vel penitus sunt immutatae. Horum
enim consuetudo fuit, auctoritatem nouorum instituto-
rum numini cuidam attribuere: veterem vero religio-
nem pro temporum statu mutare, arque non tam pietati
antique, quam usui reipublicae accommodare. Hinc
illa sacrorum rituum fabularumque diuersitas, quam mi-

XII DISSERTATIO PHILOLOGICA

rum in modum auxit poetica illa licentia, qua impune
licebat mortalium ingenii non solum inepta, ridicula
et absurda, verum etiam turpia, indigna, atque impia
de Diis confingere. Verum haec ranquam in transitu

IX

Si quid igitur recti coniectura attingere nostro
valemus ingeniolo, crediderimus, THEMIDEM, quam
Iustitiae Deam finxere miselluli isti, nihil aliud fuisse,
quam ipsam legem aeternam et vniuersalem, quam Deus
mundo ac rerum naturae praescripsit. CAELI TER-
RAEQVE natam hanc dixere, ideo forsitan, quia, quam-
primum haec duo, coelum & tellus condita fuerunt,
ordine quodam & veluti lege vtrinque opus fuit, ut mi-
randa effecta sua potuerint producere. Nec obstat, quod
ORPHEVS singulare quodam carmine NOMON OYPAN-
ION inuocet, eundemque plurimis pulcherrimisque
extollat laudibus, immortalium mortaliuumque regem ca-
stum appellans, astrorum positem, signum iustum maris et
terrae, atque inflexible robur naturae, seditione carentem,
semper legibus obseruatum, quibus ipse praeest, magnum coe-
lum ferens, et iniquam inuidiam sibilo ingenti explodens,
quique mortalibus vitae finem bonum excitat; ipse enim so-
lus, inquit, viuentium gubernaculum firmat, sententiis re-
fissimis agens, immutabilis semper: priscus et multae ex-
perienciae, innocenter omnibus iustis coabitans, iniustis fe-
rens perniciem grauem. Facili enim difficultas haec su-
perari potest negotio, si perpendamus PLATONIS fami-
liares iam pridem obseruasse, nomina Deorum masculina
significare in diuinis actum efficientem, feminina vero vir-
tutem

DISSERTATIO PHILOLOCICA XIII

tutem ipsam ac potentiam capientem numinis. Ceterum copiosius haec explicari possent, si aeratem nostram attingisset scriptum HIPPARCHI STAGIRITAE, quem, ARISTOTELIS discipulum, SVIDAS testatur, scripsisse librum τὸ δίγενες καὶ θῆτα παιδεῖ θεοῖς, καὶ τὸ ὁ γάμος. Comparandus hoc quoque est ANDREAS CHRISTIANVS *in Epigene.* ESCHENBACHIVS foecundi ingenii multaeque doctrinae philologus, cuius immaturam mortem adhuc dolent musae elegantiiores.

X

Confirmant idem porro variae THEMIDOS appellations, dum ORPHEVS aliique eandem σύρην, παυτινόν, σεβόμενόν, αὐγλαυροφόν, καὶ καλωπόδη κέρην, dicunt, quia nempe lex illa a Numinis semel statuta sancte, reuerenter, et cum cura debet seruari, quam igitur HESIODVS αἰδοῖν, PINDARVS vero ποτέραν καὶ ἐνβελον ab effectu scilicet, appellitare consueverunt. Cur vero Dea duplex facta quandam fuerit, vel σωματική, vel νοντική, nondum extra omnem controversiae aleam positum est. Salua tamen doctiorum hominum sententia videtur nobis illud ideo factum, quod lex diuina gemina ratione possit debeatque considerari, altera quidem, qua CICERO istam summi Iouis rationem rectam, i. e. perpetuam, a nomine Deorum tractam, cum mundo natam, vniuersitati singularisque rebus conuenientem, ait, quam σωματική esse iudicamus; altera,qua lex diuina dicitur illa,ad cuius normal humana ratio aequitatem amat, sequitur, exercet, iustique est tenacissima, quam νοντική dixeris, eandemque ob causam THEMIDEM Iustitiae Numen veteres sunt fabulati, quorsum LVCILII verba pertinent:

B 3

Scire

L. II. de Na-
tura Dcor.

XIV DISSERTATIO PHILOLOGICA

Scire id, quod quaeque habeat res.

Scire homini rectum, utile, quid sit honestum.

Quae bona, quae mala, quod sit inutile, turpe, in-
honestum.

Hos tem effe atque inimicum hominum morumque ma-
lorum.

Contra defensorem hominum morumque bonorum.

in libr. de Ver-
bor. signif. ex
edit. Andr.
Dacierii.
Nec minus ea, quae apud SEXTVM POMPEIVM
FESTVM leguntur, Deam hanc esse, quae praecipiat
hominibus id petere, quod fas est, eamque id esse existi-
mari, quod et fas est. Eadem quoque haec causa ve-
teres forsitan permouit, ut Termini forma eandem ple-
rumque includerent, quod terminos transilire, aliorum-
que circulos turbare nefas, temerarium foret atque im-
pium

XI

Id quod itaque ne fiat, HORAS impedire sibi persua-
fere gentes. Hae namque HORAE, veluti tres THE-
MIDOS et θεοίς ἀντοι, vti HESIQDVS canit, filiae
vel ab ὄρθεν ὅραι dictae sunt, vti quidam volunt, quod li-
mitibus suis omnia describant, statas anni tempestatis-
que vicissitudines designent, bonum a malo distinguant,
ad sua redigendo quaeque, concordiam ac pacem con-
ciliant, ac generationem propagent; vel Ὡραι, παρὰ τὸ
ώραι, τὸ Φυλάτλεων, propterea quod non modo IOVIS au-
læ custodes esse caelue portis praesidere, atque elemen-
torum supernos spiritus influentiasque (vt vocant) cae-
lestes ad legis diuinæ regulam dirigere, sed et hominum
vitam moresque obseruare omniaque in integritate sua
confer-

conferuare singantur; vel denique ab *αγείζειν* ab ornando, ob variam videlicet multiplicemque pulcritudinem, qua se se mortalibus commendabant. Quarum EVNOMIA, vt de singulis pauca moneamus, aequitas vtilitatem rebus omnibus afferens et florem, seque, vti PLATO ait, per omnia diffundens, cunctaque sua ipsius virtute conferuans. DICE iustitia est, ad iusti regulam omnia distribuens, quae veram omnibus largitur integritatem. IRENE tandem pax, concordia, atque amor mutuus decus omnibus reddit et ornamentum

XII

Neque vero ad haec retegenda Oedipo aut Delio natatore opus est, quippe quae in aprico fere sunt posita et intellectu facillima. Tres enim hae filiae THEMIDOS sunt nihil aliud nisi tres effectus, vel, vt ita loquar, proprietates iustitiae, quam sub THEMIDOS peplo umbraque inuenimus. Vel enim ordo rerum naturalis rite recteque obseruatur, vel summi Numinis iustitia, ut scholasticorum vocabulo vtar, habitualis, homines ex ipsorum vel virtutibus vel scleribus meritur, vel denique homines inuicem aequitati student, iustique sunt tenaces. Ita communis rerum omnium felicitas obtinetur, quae *ἐποπία* est, quae vox etiam haud raro de vegeta succiique et omnis vigoris plena humani corporis conditione usurpat; illa vel homines probos iustique studiosos amat, vel iniustos punit, de qua vtraque paullo post agendi erit locus; haec denique, hominum nimirum iustitia est pacis genitrix.¹ Legum enim atque iustitiae vnicus est finis, pax, amicitia, quies et gnavum

XVI DISSERTATIO PHILOLOGICA

uum ad legum tenorem vitam componendi studium, id quod etiam iustitia vel Astraea dicitur, quare hunc in sensu NASONIS verba explicari iudico:

Metamorph.
Lib. I. Fas. 4.
v. 150.

Lib. I. Fas.

*v. 197. sqq. in
in Operibus
atque Diebus.*

Vltima caelestium terras Astraea reliquit.

Nec minus ea, quae HESIODVS de PVDORE et NEMESIS, quae hoc loco necesse est ut eadem sit ac Δική, singit:

*Καὶ τότε δὲ πρὸς ὅλυμπον ἀπὸ χθονος ἐγνωσθέης,
Λευκῶτον Φαρέσσοι κατιψαμένον χρόνον καλὸν,
Ἄδανάτον μέλι τῷλ' ἵτην, περολπόντ' αὐθαίρετος,
Αἰδώς νέκι Νέμεσις.*

ad quae verba IO. CLERICVS egregie obseruat, quod haec sit altera illa NEMESIS, quae homines non fecerunt ac PVDOR, ad virtutem incitatbat. *Proprie*, pergit idem philologus clarissimus, est *Nέμεσις iusta vituperatio*, quo sensu saepe apud HOMERVM occurrit, ut animaduertit EVSTATIVS; cuius vituperationis metu a delinquendo abstineamus. Ideo cum pudore coniungitur hic ab HESIODO. Quare idem Grammaticus obseruavit, ὅτι η Νέμεσις πρὸς τὴν αἰδῶν πρέστι λέγεται, αἰδῶν τε γάρ οἱ διὰ τὴν Νέμεσιν γνωμένη ἐπιτιθεθῆναι. Νέμεσις δὲ η μέμψις εἴκ τινος, οὐ αἰδώμεδα γνωμένη: *Nemesis* esse correlatum ad *Pudorem*, PVDOR enim est attentio orta propter *Nemesis*, (seu castigationem) NEMESIS vero vituperatio ab aliquo, quem reueremur, profecta, haec CLERICVS

XIII
Iustitiam vero, quae praemia poenasque moderatur

DISSERTATIO PHILOLOGICA

XVII

tur et distribuit, IOVI assistentem fecisse antiquos ANAXARCHVS Sophista apud ARRIANVM, teste GYRALDO, auctor est, quod nempe, quaecunque reges facerent, vt iusta et aequa pararentur, quam tamen opinionem ipse ARRIANVS non satis approbat. Verum rectiora edocere omnino ARRIANVM potuissent HOME-RVS et HESIODVS, quorum vterque, IOVEM cum THEMIDE tanquam *ἐπισατητα ταῦς δίκαιος* coniungunt, ille dum canit:

*Hiflor. L. IV.
Hiflor. Deor.
Syntagm. II.
p. 77.*

Ζηνὸς δὲ λυμπίδις ἡδὲ Θέμιστος
“Ἡρὸς δέρῶν αὐγορούς ἡμέν λύει, ἡδὲ καθίζει,
hic, dum IOVEM sub scriptis sui exordium ita alloqui- *in Oper. v. p.*
tur:

διηνὴ δὲ θύμη θέμιστας,

quibus verbis ipsum rogat, vt praefit iudiciis et ea sic gubernet, vt leges exerceantur et iuste ferantur sententiae. IUPITER enim Iustitiae Praeses et Vindex habebatur. Quid? quod PLVTARCHVS longius adhuc procedit afferens, IOVEM esse ipsam IVSTITIAM: πρὸς ἥγεμόν τοις ἀπάντεντον. ‘Ο μὲν Ζεὺς ἐπὶ ἔχει τὴν Δικῆν πάρερθον, οὐδὲν δὲ τοις Δικῇ καὶ Θέμιτι εἶται, καὶ νόμους ὁ πρεσβύτατος καὶ τελεόποτος. Propius tamen ad nostram conjecturandi rationem accedit CALLIMACHVS, IO VIS laudes ita decantans:

Δᾶκες δὲ πτολεμεῖα φιλασσόμεν. Κρεο δὲ αὐτὸς

*Himno in Io-
uem v. 81.*

Ἀλεξῆς ἐν πτολεμεϊστον ἐπόψιος ὅπε δίκησι

Δασὸν ὑπὸ σκολῆς οἱ τὸ ἔμπαλιν θύνεσσιν.

IOVI enim arcis sacrae sunt, teste ARISTIDE, qui et *Himno in Io-*
ibi docet IOVEM esse IVSTITIAE Praesidem. Ne- *uem*
que

C

XVIII DISSERTATIO PHILOGICA

que falluntur, qui ita sentiunt. Quis enim Deorum
Dearumque iusti curam in se suscepisse maiore iure fin-
gi posset, quam ille, qui, ceu Deorum hominumque Pa-
ter, legumque omnium architectus, vitam moresque
omnium moderatur et gubernat

XIV

Duplicem igitur IUSTITIA haec, quae virtutes
praemiis, poenis autem flagitia compensat, pro duplice
hac ratione faciem formamque a superstitionis auctori-
bus fuit sortita. Illam crediderimus δικαιωσύνην dictam,
hanc δίκην vel νέμεσον. Vtrique himnos compositus OR-
PHEVS, alterum quidem τῇ δίκῃ, alterum τῇ δικαιωσύνῃ et
vtrique adoleuit Ἀΐβεων ad indicandam ipsarum Θεότητα.
Vtramque depinxit CHRISIPPVS, vti AVL. GELLIVS
testatur, forma atque filo virginali, adspectu vehementi et
formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilem ne-
que atrocem, sed reverendae cuiusdam Iustitiae dignitate.
Qui, vti idem GELLIVS addit, ex imaginis istius signifi-
catione intelligi voluit, iudicem, qui iustitiae antistes est,
eportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, in-
adulabilem contraque improbos nocentesque immisericordem
atque inexorabilem, erectumque et arduum ac potentem, vi
et maiestate aequitatis veritatisque terrificum. Quae
omnia haud obscure indicant, credidisse gentiles, iusti-
tiam esse nihil aliud, nisi voluntatis sive diuinae sive hu-
manae virtutem studiumue, procul omni affectu, odio,
et amore, sine προσωποληψίᾳ, et sine sacra auri argenteaque
fame, et cupidine de aliorum factis iudicandi, eadem-
que vel probandi praemiisque afficiendi, vel damnandi
puniendique

V

No. 7. Att. L.
XIV. c. 4.

DISSERTATIO PHILOLOGICA XIX

XV

Mirum igitur non est, iustitiam improbitatis vindicem et vtricem fingi admodum atrocem et immitem. DICE illa vel NEMESIS, ab aliis THEMIDOS, ab aliis NOCTIS filia fingitur. Ultima HESIODI est sententia:

*Τηρε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα τυπτοῖσι, βροτοῖσι,
Νῦξ ὀλοῦ*

Theogon. v. 123.

in Lexico.

De qua vix opus est ut multa commemoremus, cum praeclara omnia de ea collegerit veterumque hanc in rem congesserit testimonia ROBERTVS CONSTANTINVS, ita ut post largissimam ipsius messem vel spicas colligere nobis sit integrum. NEMESIS, quae teste SVIDA alias δίκη et μέμφις dicitur, nomen habet ἀπὸ τῆς νέμεν vel ἀπὸ τῆς τῷ ἐκάτῳ διανεμήσεως, pennis ob differentiam scelerum poenam, frenoque et cubiti mensura ornata eo scilicet indicio, finem limitesque poenis esse statuendos, id quod sequenti nescio cuius disticho confirmat GYRALDV:

Η νέμεσις προλέγω τῷ πάχει τῷ τε χαλίφῳ, *Syntagus. 16.*

Μήτ' ἀμετέρον τι ποιέν, μήτ' ἀχείλινος λέγεν, *P. 465.*

qui et aliud quoddam allegat, quod apprime huc facit, hisque verbis fluit:

Καὶ με λίθοι πέρσαν δεῦρο ἥγανον, οὐ φρεσταῖσιν

Στήσονται νίκας, εἰμὶ δε τὸν νέμεσιν.

Αμφοτέροις δὲ θύμα, καὶ ἐλλήνεσσι τροπαῖον

Νίκαι, καὶ πέρσαις, εἰ πολέμει νέμεσις.

NEMESIS haec ADRASTEA appellitata fuit, vel ἀπὸ τῆς σερπινῆς καὶ δερσηῆς, vel vt PHVNVTVS conjicit, παρὰ τῷ θεῷ δέση, qualis θεοῦ δεσεία, quod nihil eam impediat, ni-

C 2 hil

XX DISSERTATIO PHILOLOGICA

hil frustretur, nihil ea infectum relinquat, vel vti PAVSANIAS ait, *αντο διδεστενεν*, quod scilicet nemo nocens meritam poenam vñquam effugerit, etiam si aliquando fecius assequatur, vel ab ADRASTO, quod ANTIMACHVS Poeta hisce innuit:

Eſt Dea, quam Nemefin dicunt, Dea magna, potensque,

Quae bona coeleſtum conſenſu cuncta Deorum

Poffider, huic primus ſacratam condidit aram

Fluminis Aefapi gelidas Adraſtus ad vndas.

Hic vbi nunc coliturque, atque Adraſtea vocatur.

vt ceteras deriuandi huius nominis rationes pluribus iam non perfequar. RHAMNVSIAE quoque nomen a pago Atticae regionis nacta est NEMESIS. Rhamnus autem, vt STEPHANVS scribit, populus est Atticae in Aeantide tribu, ita dictus, quod ibi rhamnus plurima procreſcat, quae inter ruborum genera a rerum harum peritis plerumque numeratur. Ceterum prolixe et plurimani partem nobiscum ſentiens AMMIANVS MARCELLINVS eandem hanc Nemefin depingit, dum, postquam de poenis, quas mali quidam dederant, locutus erat, ita pergit:

L. XIV. c. II. *Haec et huiusmodi quaedam innumerabilia vtrix facinorum impiorum, bonorumque praemiatrix aliquoties operatur Adraſtia (atque vtinam ſemper) quam vocabulo dupli etiam Nemefin appellamus. Ius quoddam sublime Numinis efficacis, humānarum mentium opinione, lunari circulo superpositum; vel vt definiunt alii, ſubſtantialis tutela generali potentia partialibus praefidens fatis. Quam Theologi veteres fingentes Iuſtitiae filiam, ex abdita quadam aeternitate, tradunt omnia deſpectare terrena. Haec, v^r regina*

DISSERTATIO PHILOLOGICA

XXI

regina caesarum, arbitra et disceptatrix urnam sortium vi-
ces alternans; voluntatumque nostrarum exorsa interdum
alio, quam quo contendebant, exitu terminans multiplices
actus permutando conuoluit. Eademque necessitatis indif-
solubili reuinaculo mortalitatis vinciens fastus tumentes in
cassum, et incrementorum, detrimentorumque momenta ver-
sans, ut nouit, nunc erectas mentium ceruices opprimit et
eneruat; nunc bonos ab imo suscitans ad bene viuendum
extollit. Pinnae autem adeo illi fabulosa vetustas aptauit,
ut adesse velocitate volucri cunctis existimat, et praeten-
dere gubernaculum dedit, eique subdidit rotam, ut uniuersi-
tatem regere, per elementa diuiriens omnia, non ignoretur

XVI

Et huius IVSTITIAE, quam pietatis morumque
innocentiae patronam, scelerum vero et improbae vi-
tae vindicem accerrimam esse diximus, filias prisca super-
sticio finxit Parcas, nomina ista mortalibus auditu hor-
renda. Equidem dissentire a nobis prima, vt aiunt,
fronre videtur Theogoniae scriptor, dum NOCTE ERE-
BOque prognatas fabulatur PARCAS, ita canens:

v. 217. sqq.

Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγένετο νηλοπόντες

Κλαδώ τε, Λάχεσιν τε, καὶ Ἀτροτόν, αὖτε βεροῦσι

Γενομένους διδέσσον ἔχειν ἀγαθὸν τε, κακὸν τε,

Ἄττ' αὐδέσσον τε θεῶν τε παραβασίας ἐφέπνεσαι,

Οὐδέποτε λήγεσι θεαὶ δένειο χόλοι,

Πέιν γ' αἴτο τῷ δάσοις κακὴν ἔπιν, οὐσίσ αἱμάρετη.

At enim vero huius sui effati Poetam oportuisset memo-
rem esse, cum rem hanc aliter paulo post enarrat hisce
verbis:

C 3

Δεύτε-

XXII DISSERTATIO PHILOLOGICA

v. 904.

Δεύτερον ἡγάγειο λιπαρὴν Θέρμην, ἥτικεν
Μοίρας, ἡς πλεῖστην τιμὴν πόρει μητίεται Ζεὺς,
Κλασθώ τε, Λάχεστιν τε, καὶ Ἀτρεπον· αἵτε διδέσται
Θυητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθὸν τε ποκόν τε.

IO. CLERICVS, at quantus! pro sua, qua excellit ingenii
ἀγχωνία versus hos HESIODI, qui alias Parentes PAR-
CIS tribuerat antea, spurius iudicat, hominemque ine-
ptum, qui supplere conatus fuerit, quod non deerat
HESIODO, sed deesse putabat, hosde PARCIS versus ad-
suisse et fortasse plures. Nobis vero haec CLERICI
coniectura probanda non videtur, quippe quae si firma
est et veritati consona, multa alia, imo pleraque in HE-
SIODEIS aliorumque Theologiae priscae enarratorum
scriptis ab aliis interserta sunt statuenda, quippe qui fere
omnes immane quantum! sibi non constant, mendacio-
rumque haud obscura produnt indicia. Id potius adse-
rendum ducimus, nocte prognatas statui PARCAS pro-
pter occultam ipsarum et abditam vim, aut quia, sicuti
PINDARVS ait: Τῶν μελλόντων τετύφλωσια φρέσας, futurorum
excoecatae sunt cogitationes, id quod VENVSINVIS ita
effatur:

L. III. Od. 29.

*Prudens, futuri temporis exitum
Caliginosā nocte premit Deus.*

THEMIDOS vero filias fingi easdem ideo crediderimus,
quod hominibus bonum malumque ex ipsis meritis
admetiantur. Ceterum nostrum in praefens non est,
inquirere et explicare, vnde Numina haec nominis sui
deducant originem, quo in negotio egregie ineptire
quidam solent, quorum nugas, nescio an feliciter, euita-
tare

DISSE^TRAT^IO PHILOLOGICA XXIII

tare voluit Clericus, qui Parcarum appellationem ab ebraea voce פָּרָה deriuauit, quia filum abrumpere dicantur Parcae, Atropos potissimum, sed non dissentientibus foribus. Quid vero sub hisce nominibus fabulaque tecum lateat, paucissimis ut dicamus, poscit instituti ratio. Scilicet et nomina antiqua graecaque et munia, quae Parcis a primis fabularum auctoribus attribuuntur, nobis coniectandi occasionem suppeditant, significari iisdem iustitiae, cuius duplarem probos remunerandi malosque puniendo exposuimus supra rationem, actiones et facta, quibus praemia poenasque mortalibus, singulis singula ex merito distribuat et largiatur. Iure igitur suo μοῖρας dicuntur παρὰ τὸ μεμερισθεῖ τῷ ἐνάτῳ, quia vnicuique diuisae sunt, vel quia suum vnicuique reddunt et bonis bona, malis vero mala impertiantur. Vtrunque indicat HESIODVS, dum de iis narrat, quod mortaliibus bonum malumque distribuant, grauemque poemam a scelestis sumant homuncionibus

XVII

Ast manum de tabula. Abrumpendum est filum, cuius tela propediem prolixius est pertexenda. Multa enim adhuc de eiusmodi Numinibus ad sunt dicenda. Restant fabulae de primis legibus, quae a Diis primum sanctitae finguntur. Amplissimus quoque supereft ex fabulosa Romanorum theologia campus, quem ne ingredi quidem, multo minus emeriri nobis nunc est integrum, in quo IVSTITIA, AEQUITAS, PAX, CONCORDIA, FIDES, CONSVS, ANGERONA, et si quae sunt alia eiusmodi Numina erunt recensenda. Ea quae hisce excussi-

XXIV DISSERTATIO PHILOLOGICA

excussum, sunt conjecturae, quae, nisi rem omnem acu-
vti dicere solemus, tetigerint, eamque penitus expedie-
rint, sat nobis est, si a veritate penitus non aberrauerint.
Tuigitur, Lector Honorande meditationes nostras aequi-
bonique consule, et crede, vires, non ingenuum animi
veritatis amantissimi conatum meliora p^{re}-
standi defuisse

EXPLICITA EST DISSERTATIO

NOBILISSIMO ATQVE HUMANISSIMO
IVSTO ISRAELI BEYERO

S. P. D

P R A E S E S

Haud paucā sunt, Nobilissime VIR, quae gaudendi TIBIue gratulandi
mibi suppeditant matrem. Sine enim hoc doctrinae industriaeque
TVAE respiciam specimen, quod publico me praefide exponis confi-
ctui, sive splendidissima, quae TIBI ab amplissimo Sapientum ordine
nunc parantur, intuear præmia, vtrinque largissima mibi subna-
scitur laetandi tecum occasio. Et iure quidem meritoque id gaudeo,
neque vero solus ego, sed omnes idem mecum faciunt, quotquot Frei-
bergae primum et dein Altenburgi, tandemque in bac omnium elegan-
tiorum litterarum sède, TVAM optimæ frugis indolem gnauimque er-
ga litteras norunt studium. Graffari enim via, qui in scolis
cooperas, ad virtutis doctrinaeque fastigium hec pergebas, ante
annum iamiam, et quod excurrat, e cathedra, qua leges & iura ex-
plificantur et defenduntur, sub excellentissimi Recenbergii nostri praef-
sidio respondentis partibus auspicio defunctus; ut alia virtutis
TVAE egregiaeque doctrinae testimonia non commemorem, ne TVAM
laederem modestiam animique moderationem. Maecce itaque esto
bac TVA virrute, cuius uberrimos certo expectare poteris fructus,
TIBIque spem fac haud fallacem, fore aliquando, ut publicas rei
salus conatus TVIS mirum in modum crescat et promoueat. Sic
vale, remque TVAM age quam felicissime! Scrib. e museo d. XV Cal
Febr. A. R. S. c 19 l 22 XX

P. XVI. l. 6. lege: IVSTITIAM

Leipzig Diss., 1720 K-Z

ULB Halle
003 579 45X

3



f

TA → OL
nur 14 22 Stück

Vd 13



B.I.G.

Black

7
6
5
4
3
2
1
Inches

Farbkarte #13

Centimetres

3/Color

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

1338.

60.

1720. 29.

23

1898.

AVSPICIIS
S V M M I N V M I N I S
E T C O N S E N S V
INCLITI SAPIENTVM ORDINIS
N V M I N A
J V R E C O N S V L T I S
O L I M S A C R A
E
VETERI GENTIVM MEMORIA
E D I S S E R E T
P R A E S I D E
M. CHRISTIANO GOTTHOLD
WILISCH
CONCION. VESPRT. AD D. PAVLI
A. ET R
I V S T V S I S R A E L B E Y E R V S
FREIBERGENSIS

LIPSIAE A. D. XIII. CAL. FEBR. A. R. S. c I o 19cc XX
IMPRESSIT IMMAN. TITIVS

